

ratione falsa putet, ut ex his opinioem ipse suam adstruat. In fine quidem libri, cap. x. alias ab Hipparcho ipso deprehensas Lunae defectiones retulit, & in earum epilogis Hipparchum aberrasse censuit; in duabus autem illis, quas à Babylonis traditas acceperat, nihil erroris agnoscit. Jam si Enneadecaeteridem Romanam adhibeas, non minus illa conveniet, uti & Astronomicæ Tabulae omnes. Buntinghus certe è Pratenicis eclipsibus illius calculos ad annum mundi 3467. accuratissimè suo more subduxit, qui adamussim cum Hipparchi & Ptolemaei descriptione congruunt. Quod & alii plerique Mathematici fecerunt.

Sed Christmannum falsa, & à nobis lib. iv. refutata Julianorum annorum, & bisextilium dispositio in errorem impulit. Thoth anni Nabon. cccxvi. incurrit in annum Periodi Julianæ 4211. Decembris xxvii. feria iv. lit. A. Ab hoc die ad xxviii. Epiphi, dies sunt cccxxviii. qui ad cccx. adjuncti faciunt cccxxxviii. dies; de quibus subducti cccxv. relinquunt cccxxiii. hoc est Novembris xix. anno Periodi Julianæ 4212. qui est cccxvii. ante Julianam ordinationem. Si enim de anno confusionis 4668. qui Julianam primum proximè præcessit, detrahas annos 457. relinquetur annus 4211. Ergo annus sequens 4212. primus est ex 457. illis, qui Julianos antecedunt, idemque communis, non bisextilis. At Christmannus, qui annum Julianum communem instituit, & in annum Confusionis bisextum refudit, etiam quadringentesimum quinquagesimum septimum ante Julianam ordinationem bisextilem fecit, ac bisextilium annorum ordinem fœdissimè conturbavit. Ex quo illud evenit, ut Neomenia Epiphi xxii. Novembris inierit, non xxiii. propter intempestivam intercalationem bisexti, quæ in annum sequentem 4213. conjicienda fuerat.

Alteram observationem, & eclipsin non minori falsitate Christmannus idem redarguit. Negat verò anno Nabonassarî cccxvii. Tybi tertio ullam Lunæ defectionem incidere potuisse. Verba Christmanni ex ejus libro de annorum connexionem, pag. 292. hic adscribam. Sed non immerito, inquit, relationem Hipparchi suspectam habet Ptolemæus, cum ait: ἐκείνους δὲ τὴν ἀποκρίσιν τῆς φάσης ἡμετέρας ἀποδοῦναι πρὸς τὸν ἐν τῷ 1999 εἰς ἡμᾶς ἀποδοῦναι πρὸς τὸν 1999. Deficiunt autem ex supra positâ secundum Hipparchi hypotheses mediocri motuum in tanto tempore ad integras restitutiones gradus x. & sexages. ad proximum diu. Fieri enim non potuit, ut oppositio luminarium esset, quo tempore Hipparchus eam vidit fuisse. Nam Thoth Nabonassarî 257. incurrit in annum 447. ante ordinationem Julianam, die 24. Decembris, feria prima. hinc si numeremus quatuor menses Ægyptios, & 2. dies præteritos, pervenimus ad 25. Aprilis, quo eclipsis fuisset in oppositio luminarium, juxta traditionem Hipparchi. Hæc Christmannus. In quibus summa est ætate, cum à Ptolemæo damnata observationem istam, ut & superiorem arbitratus est. Atqui non solum utramque illam negon non refellit; sed ea veluti fundamento ad lunaris epilogismi castigationem nititur. Dissertit enim cap. illo nono de emendatione mediocri motuum Lunæ secundum latitudinem, in quibus definitendis & Hipparchum, & seipsum, qui Hipparchum secutus esset, antea falsum esse confitetur. Eum se verò postmodum errorem sustulisse dicit ex accuratissimis observationibus. πρὸς τὸν 1999, inquit, εἰς τὴν αὐτὴν φάσιν πρὸς τὸν 1999. Primus igitur ad istius mediocri motus castigationem, quaerimus eclipses lunares, quibus dignissime conscriptas. Subjicit ambas illas defectiones, quæ Darii tempore contigerunt: quas cum observationibus aliis confert, ex eaque comparatione motum Lunæ & emendat. Non igitur eclipses & observationes ipsas reprehendit; quin potius ex illis Hipparchæ hypothesis corrigit. Pergit Christmannus; & alio argumento negon illam oppugnat. Quod autem tunc nulla fuerit oppositio, etiam ostendit Enneadecaeteris Julianæ. In anno enim 447. ante ordinationem Julianam aureus numerus est x. qui in Calendario Juliano ponitur ad xii. Kalend. Martii: sed propter anticipationem hinc inde intelligimus nonnullum fuisse in 23. Martii die. Itaque die decimo sexto ante, die scilicet septima Martii, fuit luminatio oppositio: hanc autem Hipparchus dicit fuisse 25. Aprilis: ergo plus quam decem dies deficiunt: unde colligitur mendacium esse in numeris Hipparchicis, quos ex Tabulis

Christmanni abridicissimam ratio.

æqualium motuum corrigendos esse asserit Ptolemæus. Ratione est hallucinatio. Eclipsis illa, quæ anno xxxv. Darii contigit, incurrit in annum cccxvii. ante Julianam primum, non in cccxviii. Annus erat Nabonassarî cccxvii. cuius Thoth cœpit xxiv. Decembris, feria prima, littera A, cyclo Solis xxii. Periodi Julianæ 4222. Adde menses quatuor, & dies duos, Tybi tertius cadet in xxv. Apr. feria iv. qui est quadringentesimus quadragessimus sextus ante Julianam ordinationem, non septimus. Thoth ergo Nabonassarî anni cccxvii. inquit anno exeunte cccxvii. ante Julianam ordinationem, quo Numerus aureus iv. Dionysianus, Juliani verò Calendarii, quod ex Porosempronienis, & Gaurico lib. vi. cap. xiv. descripsimus, fuit x. At eclipsis illa lunaris accidit anno illo, qui est cccxvii. ante Julianam ordinationem, Numero aureo Nicæno v. Juliano xi. In Romano Calendario Nicæno aureus numerus v. ad Aprilis vii. adscriptus est: in Juliano verò Gaurici, numerus xi. ad ix. Apr. Ab anno Per. Jul. 4223. ad Julianum primum, qui est Per. Jul. 4669. intervallum annorum cccxvii. quo Lunæ æquationis ad sequequidem ferè pervenit. Proinde Darii sæculo Neomenia congruebat Aprilis xi. decima quinta dies Aprilis xxv. Rursum ab eodem anno 4223. ad Nicænum annum intervallum annorum 814. quo nondum tridui æquationis collecta. Ergo numerus aureus Nicænus v. Aprilis ferè congruebat, vel xi. potius Christmanni hallucinatio, quod ad Enneadecaeteridem, & Julianos annos spectat, in eo versatur, quod ad annum illum dumtaxat Julianum respexerit, in quem Nabonassarî anni Thoth incidebat. Ideo numerum aureum Julianum x. qui anno illi Per. Jul. 4222. cuius in fine Thoth iniiit, tribuitur, in sequentem transfuit, qui est Per. Jul. 4223. Huic autem aureus numerus Julianus xi. competit; quandoquidem anno 4212. quo prior eclipsis contigit, quique cccxvii. ante ordinationem Julianam à Christmanno numeratur, aureus numerus Julianus assignatus est xix. Hinc enim consequens est, annum 4223. esse cccxvii. ante Julianum primum, & aureum numerum xi. sibi vendicare. Hæc adversus falsissimam Christmanni computationem paulò uberius explanavimus, ne præstantissimum observationum, quæ inter Chronologica temporum illorum munimenta præcipuum locum obtinent, fides vacillaret. Quòd si quis eclipsion illarum descriptionem desideret, eam apud Buntingum è Tabulis Pratenicis accuratissimè confectam reperiet, ad annos mundi 3467. & 3478.

Ex iis immota consistit epocha Darii in anno Per. Jul. 4193. cui & Eusebii suffragatur in Chronico; ubi Darii primordium ad annum iv. Olymp. lxiv. posuit, & lib. x. de Præparat. pag. 283. Δαρείου ἡμετέρας ἐστὶν ἡμετέρας ἐξ ὀλυμπιάδων καὶ τῆς ὀλυμπιάδος καὶ τῆς ὀλυμπιάδος. Darii quippe secundus annus in annum primum incurrit Olymp. lxx. Rectius itaque Scaliger in lib. v. de Emend. annum Per. Jul. 4193. Darii addidit epochæ, quam lib. ii. Itaq. Can. pag. 133. annum 4192.

CAPUT XX.

De anno primo Romanorum Coss. & Regifugii. Refelluntur quæ à Scaligero de anno illo disputata.

VARRONIANORUM, inquit, & Catonianorum Palilium discrimen est annus unus. Varro enim in eundem Lunæ cyclum conditum Urbis, & obitum Romuli confert; hoc est in cyclum novum. Nam à primis Palilibus Varronis, & L. Tarviti Firmiani ad defectionem Solis qua Romulus è medio sublatus, sunt cycli duo præcessi, & mensis unus. Regnavit ergo Romulus annus Julianus xxxviii. præcessi, & mensis i. qui erunt Catoni anni xxxvii. Hinc colligitur, quare à primis Palilibus ad Reges exactos alii annos ponunt cccxlv. alii totidem uno minus: nimirum quia alii Varronem, alii Catonem sequuntur. Quod Catoniana Palilia vocata, quæ uno anno tardius, quam à Varrone definitum est, Urbis conditum designant, ut eadem sint cum Capitolinis, libro superiore cap. xvi. id abundè confutavimus. Frustra enim Catonem opinionis illius auctorem facit, quod nullis indicis, & argumentis potest colligi. Vide quæ illic uberimè contra Scaligerum super ea re differimus. Hoc verò loco multum aberat, dum diversæ illius computationis

in annis Regum Romanorum, quarum altera alteram uno anno superat, refert in annum ultimum Romuli: quem qui tricesimum octavum numerant, ducentos quadraginta quatuor annos asserit à Palilibus primis ad exactos Reges definire; qui autem tricesimum septimum esse volent, cccxliii. quod est falsissimum. Dionysius quippe lib. ii. Romulum nonnisi xxxvii. annis regnasse scribit; & annos nihilominus Regibus imputat cccxlv. Livius quoque non plures assignat Romulo; & tamen in fine l. i. Regnum (inquit) Romæ ab Urbe condita ad liberatam in annos cccxlv. Contra Eusebius in Chronico annos Romulo xxxviii. tribuit; qui ab Urbe condita ad Regifugium annos putat cccxlv. solidos. Nam Romuli primordium adscribit anno Abraami mccc. xv. primos verò Coss. anno mcdxv. Adeo falsa ratio est illa Scaligeri inde factum asseverantis, ut à quibusdam intervallum ab initio Romuli ad Regifugium annis cccxlv. circumscriptum sit, quòd triginta octo Romulo Regum imputaverint, quasi non potuerit in consequentium Regum temporibus discrimen illud anni unius intercedere. Perinde est & illa falsa collectio; secundum Catoniana Palilia, quæ in annum Iphiti xxiv. Navalem Urbis conferunt, necessarium ad primos Coss. annos interesse cccxliii. Etenim Dionysius, eumque imitatus Eusebius, anno etiam mo tardius, quam Cato, five potius Verrius Flaccus, conditum Urbis assignant: quorum alter cccxlv. alter cccxv. annos interduo huic arrogat.

Pergit Scaliger; & Longè, inquit, discendum à rationibus Varronis Polybii, & Dionysii. Polybius ait ἡγεμον εἶναι esse posteriorem funere Bruti, & Regifugio annis xxviii. verentibus; qui de cccxvii. annis Iphiti, quæ est epocha ἡγεμονος deducti relinquunt annos cccxix. epochæ Consulatus Bruti, & Regifugii. Dionysius scribit Bruti funus, qui in magistratu obit, posterius esse pugna Marathonia annis xvi. Pugna Marathonia incidit in annum Iphiti cccxxxv. Deductis xvi. relinquuntur epocha Regifugii annis cccxix. Iphiti secundum Dionysium. Itaque biennio uterque scribis ponit, quam Varro: & ratio est, quia Romani volunt conditam anno primo Olympiadis septimæ, duobus mensibus ante ineuntem annum secundum ejusdem Olympiadis vii. Itaque juxta hæc, an-

nus Regifugii fuerit 4207. Periodi Julianæ. Hæc sunt multis adpersa maculis. Dionysius Reges ait expulsos Ὀλυμπιάδων ἐξ ὅλης, ἢ ἐξ ἡμισυς ἐνεστώσης, ineunte Olymp. lxxviii. Hic est annus Periodi Julianæ 4206. Nos libro superiore cap. xlvii. Dionysium ostendimus, quod & Scaligero videtur, aliud pronuciare, aliud probationibus efficere: ac revera conditum Urbis in annum conferre quartum exeuntem Olymp. vi. hoc est Iphiti xxiv. ita ut xxv. primus sit annorum illorum cccxlv. quos ad Regifugium numerat. Additis ergo ad xxiv. absolutos annos cccxlv. sunt Iphiti anni cccxviii. quorum postremus definit in annum Periodi Julianæ 4206. quo Reges secundum Dionysium exacti. De Marathonia pugna suo loco dicendum erit. Polybius denique hac epocha minime dissentit. Xerxis enim ἡγεμονος incidit in annum Periodi Julianæ 4234. verno tempore. Si igitur de annis 4333. absolutis, deducas annos xxviii. relinquuntur anni 4305. Ita primi Coss. secundum Polybium, ac Dionysium cadent in annum 4206. & uno tantum anno à Varronis epocha deerrabunt.

CAPUT XX.

De Fragmento Paschalis magni, quod ex Joanne Cuspiniano producit Scaliger, deque absurda ejusdem super eo consulatione.

JOANNES Cuspinianus in Commentario de Coss. Rom. ad annum Urbis conditæ cccxviii. ex Fastis veteris cujusdam auctoris, qui sola Coss. nomina ab exactis Regibus ad Gothorum tempora perscripserat, septem paria Coss. describit. Eiusmodi autem cum hæc ipsa, tum cetera omnia fuisse refert, ut per quaternam disponerentur: ita ut quatuor quodque par Coss. miniatis litteris exaratum lustrum Julianum distingueret. Ad Consulatus adscripta erant Planetarum nomina, cum quibusdam numeris, quos neque intelligere ipse potuit, neque qui intelligeret ullum reperit. Septem illorum Consulatum exemplum subjecimus.

E vetustissimis Fastis, quos pene se Joannes Cuspinianus habuit.	Charactères emend. à Sc.
Bruto & Collatino.	Luna xxix v BA
Publicola, & Tricipitino.	Mart. x vi G
Publicola III. & Pulvilio.	Merc. xxi vii F
Ruffo, & Aquilino.	Jov. ii. Rub. viii E
Valerio, & Tuberto.	Sat. xiii ix DC
Publicola iv. & Tricipitino.	Sol. xxiv x B
Tuberto II. & Lanato.	Ven. v xi A

Scaliger Planetarum nomina ferias esse Calendarum Jan. numeros autem, epactas Paschales animadvertit. Exempli causa, anno primo Coss. Kalend. Jan. auctor ille creditur feria ii. coepisse, & epactas fuisse xxix sequenti anno, Kal. eisdem iniiisse feria iii. & epactam fuisse x. &c. Sed hallucinatum Scaliger eundem Scriptorem esse docet; quòd anno illo, quò primo Coss. magistratum ceperunt, Kalendas Januarii incidere putavit feriam iii. quasi cyclus esset Solis vi. cuius littera est G. cum re ipsa quintus esset, & litteræ BA. Ideo ad Laterculatibus characteres Calendarum apposuit Scaliger, convenientes anno Periodi Julianæ 4205; qui est verus annus Regifugii, & reliquis deinde consequentibus. Tum nonnullis interjectis ex auctoris illius opinione statuit, Regifugium anno 4207. Periodi Julianæ contigisse, cyclo Solis vii. Luna vii. quo epactæ Paschales sunt xxviii. lunares autem xxix. Itaque in nota feriarum errore irrepisse conjicit, ut non LUNA, sed SATURNUS ponendum sit. Neque verò, inquit, dubitandum est, eam mentem fuisse illius auctoris, qui Paschale condidit. In feria enim potius quam in epactis erratum esse videtur. Cyclo igitur Paschali vii. epacta Paschales

sunt xxviii. addita unitate epacta lunaris erit xxix. anno sequenti epacta Paschalis ix. lunaris x. quia sæculo Justiniani xiv. Paschalis erat quatuordecima lunaris, ut toties à nobis dictum, & ab ipso Dionysio Exiguo notatum. Igitur Auctor Paschalis sequitur Dionysium, & Polybium. Sed graviter peccat, itaque biennio, ut diximus. Hæc Scaliger. Sed in paucis istis haud parva peccantur. Primum annum Regifugii ab auctore Paschalis asserit ex Polybii mente constitutum in anno Per. Jul. 4207. & Saturnum, hoc est Feriam vi. pro secunda reponendum videri. Atqui cyclus Solis anno 4207. fuit vi. littera F. unde Kal. Jan. feria iii. five Martis die, non secunda, hoc est Luna contigerint. Deinde quanta in epactis turbatio! Eiusmodi est ea quædem, ut me vel ista confutare suppedeat. Anno 4207. cyclus erat Luna vii. ergo epactæ Paschales, inquit, xxviii. Quid alienius? Non animadvertit, ex usu Dionysii Exigui, Bedæ, ac veterum Computi magistrorum, cyclum Paschalem non à Kal. Jan. sed à Paschali mentione initium sumere, indidemque & Paschales epactas exordiri; quod Beda clarissimè passim explicat, nòque antea sepe monstravimus. Ergo anno Per. Jul. 4207. Januario

De epactis Calendarum ordinatione vide quæ libro vi. cap. xxi. dicta mensis iugis



mensis currebat adhuc cyclo vii. & epacta, ut Scaligeri, plebisque methodum sequamur, xvii. Ut autem tum usus...

Atque ut Scaligeriana hac hallucinatio uno verbo convincatur; velim hoc unum respondeat: ecquid Paschalis illius auctor lunarem...

In Hærologiis Canonibus lib. i. pag. 172. longæ aliam de Paschalis Cuspiniæ sententiam expromit. Ait enim Petiodum esse Dionysianam annorum dxxxii.

incentum à Kal. Jan. in qua primo anno Christi Novilunium commisit putavit Dionysius. Sed hæc Scaligeriana conjectura refutata jam à nobis est non semel.

Explosa Scaligeri divinatione, proximum erat ut nostram super ejusdem fragmenti interpretatione sententiam explicarem.

Ceterum ex illo Paschali Cuspiniæ regè colligit Scaliger Consulatus per quadriennium solitos in citius vetustatis Annalibus, quod propter Julianam Tetraeteridem sine dubio factum est.

CAPUT XXI.

Constitutur verum tempus epocha Regifugii: hoc est annus ac dies. Eclipsis Solis sub mortem Romuli. Varia de Romanorum regum annis sententia.

QUESTIONIS hujus duplex est caput: alterum de anno, alterum de mense, quo Reges Urbe sunt pulsi.

Signonius diligenter excusserunt Dionysius Halicarnassensis. Romulo solidos annos assignat xxxvii. ut & Livius. Plutarchus diem obitus tradit Non. Quintilibus, sive Julii: quo die Solem defecisse scribit; ac densissimis repente tenebris obductum aërem; tum fœdissimam tempestatem cum ingenti tonitruorum vi, ventorumque turbine consecutam: cui & Halicarnass. ac Livius, ceterique suffragantur.

Ceteri enim xxv. postremo hinc imputant. Que omnia sequenti Diagrammate complectar.

Table with columns: Reges, Ex Livio & Dionysio, Ex Eusebio, &c., and Anni. Rows include Romulus, Interregnum, Numa, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, Servius Tullius, and Tarquinius Superbus.

Si annos Romuli xxxvii. & Interregnum unius anni computes, sicut ex Halicarnassensis, & Livii sententia anni solidi cxxlv. & Regifugium in annum incurrit cxxlvi.

LATERCULUM REGUM ROMANORUM.

Table with columns: Reges, Anni regni, Initium in an. Periodi Jul., Initium in annis mundi, Olympiadi anni incuntes, and Anni Urbis condite. Rows include Romulus, Interregnum, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, Servius Tullius, and Tarquinius Superbus.

De die, quo Reges urbe pulsi sunt, incertum Scrip-torum varietas facit. Signonius ex duobus diebus, qui in Fastis notati erant; nempe vii. Kalend. Mart. & ix. Kalend. Junii, posteriorem deligit.

\* Herwartus cap. lxxv. Credit Romulum obiisse anno 554. ante Christum quo anno contigit Eclipsis Solis, Sole in xxii. 13. piccium, Sed voluit dicere, in Capricorni. Vide Capellum, anno 346.



Onufrius Regifugium vi. Kalend. Martii accidisse putat, uti in veteri Romano Calendario legitur. Alterum autem, quod vii. Kalendas Junias notari dicitur, ex Ovidii hallucinatione manasse: qui iv. haece literas ad eum diem adscriptas: Q. R. C. F. id est, *Quando Rex comitatus, fas, existimavit ad Regum fugam pertinere.* Hanc Onufrii sententiam longe probabiliorum censeo, nec ab ea nos dimoveam, quae de mense, aestivoque tempore Sigonius objicit. Neque enim Romanorum mensium idem in anno Juliano situs erat, qui nunc est: sed identidem luxati alienas in sedes immigrabant. Adde menses aliquot inter fugam Tarquini, & tempus illud, quo defecta sunt fruges, & in Tiberim projecta, lapsos esse: quod Onufrius observavit. Quemnam vero in Julianum diem, mensisve Martius, & Regifugium per illud tempus incurrerint, nulla conjectura potest erui. Nam quod ad Dionysii verba spectat, qui iv. menses ei anno complendo defuisse scribit, non dubium est, quin de anno Graecorum, & Olympiatico locutus sit, ad quem & Trojanum excidium, & Urbis conditum retulit.

Quamobrem annus ille, quo & pulsati sunt Reges, & primi Coss. instituti, incidit in annum ab Urbe condita cxxiv. Periodi Julianae 4205. mundi 3475. Nabonassar cxxxix. Iphiti cclxxvii. tertium videlicet exeuntem Olymp. lxxvii. unde uno tantum anno posterior est Halicarnassensis epocha ante Christianam aera, annis dvi. cyclo Solis v. Lunae vi. In Isagogicis Canonibus, lib. ii. pag. 165. & lib. iii. pag. 292. Scaliger sententiam mutat, & Dionysii Halicarnassensis epocham amplexus Regifugium tribuit anno primo Olympiadi lxxvii. annis cxxiv. a primis Palilibus. Si per annum primum Olympiadi eum, qui revera primus erat, intellexit, biennio aberravit. Quippe deficiente anno Olympiatico Regifugium accidit. at annus 4, Olympiadi lxxvii. defuit anno Periodi Julianae 4207. quod in libro v. de Emendat. tantopere respicit. Sin per annum primum, non cum cuiusque finem cecidit, sed proximè sequentem accipi velit, erit is annus 4206. quo Olympiadi lxxvii. caput. Sed hoc pacto Catoniana, ut vocat, Palilia, non Varroniana sequitur; Romamque conditam statuit anno exeunte quarto Olympiadi vi. non tertio. Nam primos Coss. cepisse vult anno cxxiv. ab Urbe condita, ita ut ducentisimus quadragesimus quintus inerat anno illo Periodi Julianae, in quem Regifugium cadit. Est autem is ipse, quo Olympiadi lxxvii. primus inchoatur, Periodi Julianae 4206. Detrahit 245. de 4206. reliqui sunt 3961. Igitur anno 3962. Iphiti xxiv. condita fuerit Roma: quod & disertè lib. ii. Isagog. Canon. pag. 165. in Diagrammate Regum Latinorum, & libro iii. pag. 337. tenuit. Ita per summam inconstantiam à priori, & quam optimam hæcenus pronuntiaverat, Varronis sententia defecit.

CAPUT XXIII.

De anno Marathonii confictus, tam Scaligeri falsa refellitur, quam nostra sententia comprobatur.

Darius imperavit annos xxxvi. ait Scaliger, ut testatur Herodotus. At enim cum anno sexto à Marathoniam clade ubi in apparatu expeditionis Aegyptiacae. Quare necessaria uno, & tricesimo anno Darii commissa pugna Marathoniam, qui est annus Iphiti cclxxvi. hoc est annus 11. Olymp. lxxxii. Per. Jul. 4223. Thucydides uno anno minus hoc tempus notat, cum Aegyptium Aegypti in decimum annum à clade Marathoniam rejicit. Imo uno minus notat Aegyptium. Huic Scaligerianae sententiae neque Herodotus neque Thucydides adstipulantur. Falso Darii ex Herodoto dicitur anno sexto post cladem Marathoniam excessisse. Nam non nisi quinto id accidisse ex illo Scriptore colligas. Libro vi. initio, Darius fertur audita clade ad Marathonem accepta novum belli apparatus instituisse: qui Asiam omnem toto triennio concussit. Quarto inde anno Aegyptus rebellat. Darius in utram-

que intentus expeditionem altero post Aegypti defectionem anno moritur. Ergo annus ille quintus fuit à Marathoniam pugna. quae secundum ista contigerit anno xxxvi. Darii, Per. Jul. 4224. Thucydides vero Xerxis transitum decimo anno post Marathonium confictum evenisse scribit. Annus Aegyptiacae Xerxis est Per. Jul. 4234. ut statim probabitur: qui decimus est ab anno 4224. Itaque anno Iphiti cclxxxvii. tertio Olympiadi lxxxii. contigit Marathoniam clades. Dionysius Halicarn. lib. v. ait illam posteriore esse Bruti sepultura annis xvi. Additis ad annum Urbis cclxxv. quo primi Coss. inierunt, xvi. sunt cclxxi. Per. Jul. 4221. Sed quoniam Regifugium ab Halicarnassi rejicitur in annum Per. Jul. 4206. decimus sextus post illum annus erit 4222. Biennio aberrat ab epocha: quae convenit in annum Urbis Varronianum cclxxv. Q. Sulpicio Camerino, & Sp. Lartio Flavo ii. Coss. Sulpitius lib. ii. Hist. anno id Urbis cclxx. consignat, Coss. Macerino, & Aurigino, qui est annus Varronianus cclxxi. Gellius quoque lib. xviii. cap. xxi. ducentesimo deinde, & sexagesimo anno post Romam conditam, ait non longe amplius victos ab Atheniensibus Perfas esse confirmat. Rectè ergo Sigonius anno 111. Olym. lxxxii. celebratam illam pugnam incidisse putat; & male ab recentiori quodam Scriptore reprehenditur. Plutarchus in Aristide. Archonte Phanippe celebratam illam victoriam consignat; cui sequenti anno successit Aristides. Igitur anno secundo Darii, Olympiadi lxxxii. anno tertio, Urbis Varroniano cclxxv. pugnatum est ad Marathonem. De die vaticinatur Scaliger. quem cum Boedromionis vi. fuisse dicat Plutarchus, ille ad anni Graeci Atticaeque Periodi fictos, & commentitios calculos frustra revocare nititur.

CAPUT XXIV.

De initio, & transitu Xerxis in Graeciam. Scaligeri sententia, & inconstans opinio maxime super transitu.

ANNO quinto à clade Marathoniam Xerxem ad regni consortium admissum à patre censet, anno Per. Jul. 4227. solum vero imperare cepisse anno 4228. De Xerxis vero Aegyptiacae impeditae, ac perplexae disputatione, & secum ipse diffusit. Primum Salaminiam pugnam rejicit in annum 11. Olymp. qui erat quartus Tetracteteridos Atticae; diemque praefigit xvi. Munychionis, sive xvi. Apr. anno Per. Jul. 4236. cyclo Lunae xvii. Ex quo sequitur, cum antecedenti anno Per. Julianae trajecerit Xerxes, tunc Aegyptiacam conferendam esse in annum Per. Jul. 4235. in cuius diebus aestivis duobus mensibus post incepit annus 11. Olymp. lxxxv. Proinde anno 1. exeunte Olymp. lxxxv. Xerxes transfretavit. Secundò Aegyptiacam eandem confert in annum Olympiadi lxxxv. quartum definentem, Periodi Julianae 4234. Majorem quippe veterum partem asserit conjicere transitum Xerxis in annum primum Olympiadi lxxxv. sed intellexisse quartum exeuntem Olymp. lxxxiv. quam opinionem dicit esse certissimam, ac duobus locupletissimis testibus niti, Herodoto & Thucydide. Quod si Aegyptiacam, ut paulò ante dixit, anno ante confictum accidit; ex hac secundà opinione pugnatum erit anno Periodi Julianae 4235. Aprilis mense. Rursus quoniam duos illos testes locupletissimos sequi se profertur, Herodotum ac Thucydidem, & illum praefertim, quo jam nato res illa contigit: Herodotus verò, ut paucis ante verbis idem Scaliger ostendit, Aegyptiacam Xerxis eclipsis charactere notatam consignavit anno Periodi Julianae 4233. eique Thucydides suffragatur, dum annos x. intercessisse scribit inter pugnam Marathoniam, & transitum Xerxis: ex iis tertia nascetur opinio Scaligeri; transitum Xerxis in annum Periodi Julianae 4233. incurrisse, qui erat annus 111. defmens Olymp. lxxxiv. pugnam verò anno 4234. qui fuit quartus extiens Olympiadi ejusdem. Tanta est hominis inconstantia; cuius in sequenti tabella specimen dabimus.

XERXIS TRANSITUS, ET SALAMINIAE PUGNAE variae epochae Scaligerianae.

	Transitus Xerxis.	Pugna Salaminia.
I	Anno 111. Olymp. lxxxiv. Periodi Julianae 4233.	Anno iv. Olymp. lxxxiv. Periodi Julianae 4234.
II	Anno iv. Olymp. lxxxiv. Periodi Julianae 4234.	Anno i. Olymp. lxxxv. Periodi Julianae 4235.
III	Anno i. Olymp. lxxxv. Periodi Julianae 4235.	Anno 11. Olymp. lxxxv. Periodi Julianae 4236.

Eadem velitatio, & ἀνδρογία exstat in editione prima. Nam cum pro comperto tradidisset, Aegyptiacam Xerxis evenisse anno quarto currente Olymp. lxxxiv. praelium autem ad Thermopylas anno i. ineunte Olymp. lxxxv. neque de eo dubitandum esse; cum in ea re nullus scrupulus relictus sit. mox oblitus fuit, ex illa Solis defectione, quam Herodotus refert, colligit in anno tertio Olymp. lxxxiv. transisse Xerxem, Periodi Julianae 4233. navalem autem ad Salamina confictum, Munychione contigisse, die xvi.

CAPUT XXV.

Annus Aegyptiacae accuratissimè ex Herodoto, Thucydide, &c. definitur. Herodoti Halicarnassensis, & Plutarchi error aperitur. Scaligeri commenta refelluntur.

XERXIS initium post Darii mortem accidit anno Periodi Julianae 4229. non 4228. Aegyptiacam autem expeditionem susceptam fuit anno quarto non quinto post cladem Marathoniam, Periodi Julianae 4227. Unde cum anno altero ab ea expeditione mortuus sit Darius, contigit hoc anno 4228. vel ineunte 4229. si xxxvi. annos solidos expleverit. Proinde nos ab anno 4229. Xerxis primordia ducimus. Sed haec levia. Reliqua plena sunt erroris manifesti. Nam neque de anno, ut vidimus, neque de anni tempestate, qua pugnatum est, secum aut cum Historica veritate convenit. Primum hac in re peccatum hominis est, quòd Aegyptiacam Xerxis anno uno Juliano ante Salaminium confictum accidisse credit; cum eodem anno & Aegyptiacam, verno tempore, & Autumnali, pugna contigerit. Sed historicum illius belli narrationem ex Herodoto perstringamus. Xerxes expeditione in Graeciam suscepta, Sardibus hiemavit. Ineunte vere Abydum profectus est; quo tempore Sol defecerit. Tempus deliqui hujus Buntingho designatur annis Nabonassar cclxxvii. Chæac xxx. anno mundi 3488. Periodi Julianae 4233. cyclo Lunae xv. Solis v. Aprilis xix. feria iv. hora sexta matutina in Asia minore. Ita transitus Xerxis assignandus erit anno 111. Olympiadi lxxxiv. Periodi Julianae 4233. si de hac eclipsi locutus est Herodotus. Atqui falsum est de hac locutum esse. Primum quia nulla ex verioribus, id est recentiorum Altronomorum calculis, velut Tychonicis, Solis defectio in Asia contigit, propter Parallaxin latitudinis. Novilunium verum ex Parisinis tabulis accidit hora 6. 49. Sardibus. Apparens propter parallaxin longitudinis scrup. 29. hora 5. 58. Parallaxis latitudinis 51. 3. ferè. Motus latitudinis verus, Signorum 5. 26. 17. 15. Latitudo 19. 19. Borea, qua detracta de parallaxi latitudinis, restant apparens latitudo scrup. 32. Ea major est summa Diametrorum, quae est 29. 21. Nulla ergo Solis defectio contigit. Deinde quamvis ex Buntinghi calculo fuisse demas aliquam, non tamen Herodotus haec esse potuit. Nam illa digiti tantum unius & 45. fuit. At Herodotus lib. vii. pag. 252. totum Solem defecisse scribit. ἀφανισθῆναι ἢ οἱ, ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν ἢ ἐν τῷ ἡμισφαιρίῳ ἀφανῆναι ἢ ἐν τῷ ἡμισφαιρίῳ ἀφανῆναι ἢ ἐν τῷ ἡμισφαιρίῳ ἀφανῆναι. Sed neque reliqua Herodoti narratio transitum Xerxis conjici potuit in eum annum, qui defectioni illi tribuitur. Etenim eodem anno Juliano ludicrum Olympicum in Graecia celebratum indicat. Scribit enim Herodotus lib. vii. Perfas quarto post transitum mense in Atticam pervenisse, Archonte Calliade; quod & Halicarn. lib. ix. &

Diodorus confirmant. Paulò post navale praelium ad Salamina commissum est, autumno: cum aestivis diebus antecedentibus Olympici agones indicti forent. Post navalem victoriam, Themistocles Graecos hortatus est, ut omisso rege domum redeant, & appetente vere in Hellepontum navigent. Fuit igitur hic autumnus anni Periodi Julianae 4234. quo Olympicus agone septuagesimus quintus peractus est.

Dabo & certissimum ejusdem anni autumnique characterem, ex quo insuper pateat, nullam ejusmodi sub Xerxis transitum Solarem defectionem incidisse. Scribit Herodotus lib. ix. post Salaminiam victoriam, cum Mardonius in Graecia relictus esset, Lacedaemonios muro ducto Isthmum munire voluisse, ut aditum in Peloponnesum intercluderent. Huic operi praepositus est Cleombrotus Anaxandridæ F. Sed is obscurato repente Sole copias illine abduxit. ἡμεῖς οὖν οἱ, inquit, ἦν τῷ Πέρσῃ, ὁ ἥλιος ἀφανισθῆναι ἐν τῷ ἡμισφαιρίῳ. Huic inter sacrificandum adversus Persam Sol in calo obscuratus est. Et quidem revera Sol defecit anno Periodi Julianae 4224. hoc est primo Olympiadi lxxv. Novilunium verum ex Parisinis Tabulis accidit Octobris secundo, hora 1. 24. post meridiem, Athenis. Apparens eodem ferè momento, Sol in gradu Libræ 3. 39. Verus motus latitudinis. Sig. 0. 5. 28. Latitudo vera 28. 23. Apparens 9. 37. Summa semidiametrorum 28. 44. Fuit verò digitorum, 7. Duravit horas 2. circiter. Cæpit ergo sol horam meridianam, & scrup. 24. Defuit hora 2. 24. Atqui nulla hoc anno Solis alia defectio contigit. Proinde fieri non potuit, ut circa tempus Aegyptiacae, Sol naturali & usitato deliquo subtraheretur. Fuit igitur hoc singularis quoddam, & extraordinarium portentum, si vera scripsit Herodotus.

Transitus ergo Xerxis accidit anno Iphiti cxcxvi. sive quarto exeunte Olymp. lxxxiv. Salaminia pugna, anno Iphiti cxcxvii. primo Olymp. lxxxv. Eratolthenes, qui apud Clem. Alex. à prima Olympiade ad Aegyptiacam numerat annos cxcxvii. eorum more Scriptorum loquitur, qui quod paucis ante Olympiadum epocham mensibus contigit, sequenti anno Olympicis tribuunt. quemadmodum & Halicarn. & Diodorus; & alii plerique, qui anno primo Olymp. lxxxv. Xerxem trajecisse memorant. Annus hic erat Urbis cclxxiv. M. Fabio ii. & C. Manlio Coss. Halicarnassensis autem initio lib. ix. Coss. Kæf. Fabio ii. & Sp. Furio Aegyptiacam assignat, qui est Urbis cclxxvii. Uno quippe anno epocham Urbis Varrone tardius reddit, ut suo loco diximus. Quamvis enim biennio morari videatur, & anno primo vii. Olymp. prima Palilia tribuere. Periodi Julianae 3963. revera tamen cum Fastis Capitolinis sentire, & anno exeunte quarto sextæ Olympiadi. Periodi Julianae 3962. ortum Urbis imputare, adeoque uno tantum anno ferius quam Varronem, supra cum de primis Palilibus ageretur, ostendimus. Nunc idem hoc ex loco demonstratur. Nam si conditam Urbem voluisset anno primo deficiente Olymp. vii. hoc est Periodi Julianae 3963. cum Regibus cclxxiv. vertentes assignet annos, Regifugium collocare debuit in anno Iphiti labente cclxxix. duobus mensibus ante cclxxx. hoc est ante secundum Olymp. lxxxvii. Periodi Julianae 4207. Cum ergo transitus Xerxis incidit anno Iphiti deficiente cxcxvi. Periodi Julianae 4234. qui est vicefimus octavus annus à primis Coss. oportebat transitum Xerxis à Dionysio in annum Urbis cclxxxii. conjici, Coss. Q. Fabio ii. & C. Julio Tullo Coss. quorum Consulatus est octavus & vicefimus. At ille in vicefimum nonum contulit. Uno igitur anno epocham



epocham Urbis anticipavit, eamque Iphiti xxiv. ex-  
eunte, Periodi Julianæ 3962. attribuit. Uno verbo  
transitus Xerxis ab Halicarn. collocatur in anno Urbis  
cclxxv. Transit autem anno Periodi Julianæ 4234.  
Detrahis 273. restant anni 3961. Igitur anno Periodi  
Julianæ 3962. conditam Urbem Dionysius existimat.

Dice  
menfic  
que Sa-  
laminiæ  
pugna.

De mente diæque Salaminii conflictus ariolatur Scali-  
ger. Nam ex Plutarcho definit Mnychionis xvi. die  
contingisse, quem in Aprilis xvi. cecidisse ex anni Gra-  
ci popularis methodo tradit. Nos, inquit, libro primo  
demonstravimus, hoc non potuisse accidere, nisi anno Te-  
traeterico Attice quarto. Erat vero is annus xxxii. Pe-  
riodi Attice. Munychion xvi. April. anno Periodi Julianæ  
4236. cyclo Luna xviii. Ex quo sequitur cum antecedenti  
anno Periodi Julianæ trajecerit Xerxes, & dicitur conse-  
quendum esse in annum Periodi 4235. in cuius diebus astivis,  
duobus mensibus post incepit annus 11. Olympiadis lxxxv.  
anno cyclo Luna xvii. Hic multa & gravia delicta sunt.  
Anni Graeci Tetraeterici structura, qua observatio illa  
nititur, frivola est, ut lib. 1. demonstratum est. Plu-  
tarchum quoque haud mediocriter hallucinatum esse  
lib. de gloria Atheniensium, ubi Munychionis xvi. die  
pugnam ad Salamina refert, ostendimus in Notis ad  
